UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Iustina V. M. S. Eusebius PP. S. Cyprianus. M. 26. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Iuſtina V.M.S. Euſebius PP. S. Cy-
prianus. M. 26 Sept.

*Conſcientia Bona.*

Nihil eſt metuendum, quibus eſt bona conſcientia. S. Martialis.

Sanctifica nos quæſũus Dne Deus noſter per inuocationem S. Iuſtinæ V. & m. tuæ (S. Euſebij põt. Cypria. m.) & per eandem fac nos tibi ſemper offerre munus acceptum per D. N. I. &c

Ora pro bono uſu Sacramentorũ &c

1.S. Iuſtina. V. cum a Iuuene adamaretur, illaque amorem ſuum Chriſto dicaret veneficijs per Cyprianum magnū impetita crucis ſigno & Chriſti cultù ſincero artes dæmonum eluſit ac vicit, ipſumque magum ad Chrſtum adduxit, & Martyrij conſortem accepit.

2. S. Euſebius Papa Maxentio Imperante Romæ conſtituit, ut puella deſponſata Monaſterium ingredi non prohibeatur. & ſarificium altaris in lineo panno, nō Serico fieri præcepit obijt circa A. 306.

3 S. Cyprianus M fuit iſte, qui B. Iuſtinā V magici artibus ad amores inſtigare tentauit, ſed potentiore arte fidelis Virginis, ipſe ad Chriſti amorem inductus, cum ipſa etiam coronam Martyrij percepit, imperante Diocletiano, eorum corpora naui impoſita Romam aduecta fuerunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN